



## BOLETIN ECLESIASTICO

DEL

## OBISPADO DE SALAMANCA

## SUMARIO


- I. Documento Pontificio acerca de la asociación de la Sagrada Familia.—II. Carta del Exmo. Cardenal Prefecto de la Santa Congregación del Indice sobre el español de libros prohibidos.—III. Collatio moralis pro mense Septembris.—IV. Nombramiento de Canónigo.—V. Lista de señores Sacerdotes que practicaron ejercicios en la segunda tanda.—VI. Exequias en San Esteban.—VII. Aviso.—VIII. Ingreso en la hermandad de sufragios.

## LEO PAPA XIII AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quum nuper Nobis obtigisset, ut nova Statuta Consociationis Sacrae Familiae Apostolicis litteris probaremus et sanciremus, satis muneri atque Officio Nostro facturos esse duximus, si eamdem Consociationem amplissimis verbis collaudaremus, eamque christianis Familiis sumptuere commendaremus. Laudavimus autem, et commendavimus ea voluntate eoque proposito, ut nimirum populus



christianus, cuius aeterna salus est Nobis commissa, ad christianarum virtutum laudem exemplo sacrae Familiae et invitatione Nostra tempestive revocarentur. Christiana quippe virtus tam est efficax, tantumque pollet, ut in ea magnam partem posita sit vel sanatio malorum, quae pre-  
munt, vel depulsio periculorum, quae metuuntur. Ad vir-  
tutem vero mirifice excitantur homines exemplo: quod qui-  
dem eo magis imitatione dignum judicatur, quo integrior  
et sanctior est persona, unde petitur. Quare haud mirum  
est si Nos, qui nihil magis cupimus atque optamus, quam  
posse, excitata ubique virtute christiana, praesentibus  
malis mederi, et proxima pericula deprecari, Consociatio-  
nenem Sacrae Familiae singulari benevolentia et studio pro-  
sequimur, utpote quae sanctitatem divinae illius Familiae  
sibi proponit exemplar. Omnes enim ii, qui in hujusmodi  
Consociationem adsciti sunt, praeclarissimas Jesu, Mariae,  
et Joseph virtutes contemplantes, necesse est ut simili-  
tudinem earum aliquam adripiant, fierique studeant imita-  
tione meliores. Quare vigeat floratque haec pia Consocia-  
tio quum sodalium numero, tum recte factorum laude;  
augeatur et ad plures in dies singulos propagetur: ea enim  
florente, facile fides, pietas, et omnis christiana laus in  
Familias revirescent. Quum vero soleant homines permo-  
veri maxime praemio: Nos, quod in facultate Nostra est,  
praemium spiritualium bonorum, non quidem fragile et  
caducum illis, quasi invitamentum, proponimus. Ceterum  
majora expectent ab iis, quibus se devoverunt, nimirum a  
Jesu, Maria, et Joseph, qui sint servis suis praesentes pro-  
pitii in omni vitae curso, et postmodum efficiant, ut sua  
sanctissima ac suavissima nomina illorum morientium la-  
bris insideant. Quare quod bonum sanctumque sit, Deique  
gloriae, et animarum saluti benevertat, Nos auctoritate  
Nostra Apostolica, his litteris, poenarum remissionibus seu



indulgentiis, privilegiisque, quae infra in apposito indice  
recensentur, omnes et singulos sodales Consociationis sa-  
crae Familiae tam praesentes quam futuros uti posse vo-  
lumus et jubemus.

INDEX INDULGENTIARUM ET PRIVILEGIORUM

PIAE CONSOCIATIONI SACRAE FAMILIAE  
TRIBUENDORUM

INDULGENTIAE PLENARIAE

Sodalibus Consociationis Sacrae Familiae ex utroque sexu singulis, qui admissorum confessione ritu christiano expiati sacram Eucharistiam sumpserint, et Parochialem aedem, vel oratorium publicum, devote visitaverint, ibique aliquandiu ad mentem Nostram orando perstiterint, indulgentiam plenariam consequendi ius esto diebus, qui infra scripti sunt.

I. Die quo Consociationem adierint, emissa Consecrationis formula a Nobis per Nostram Rituum Congregacionem probatam, et in fine hujus indicis relata.

II. Quo die in anno generalis conventus habebitur, juxta cujusque loci, in quo extat Consociatio, consuetudinem, ad sodalium pactum renovandum.

III. Diebus festivitatum.

1. <sup>o</sup>	Nativitatis	D. N. J. C.
2. <sup>o</sup>	Circumcisionis	
3. <sup>o</sup>	Epiphaniae	
4. <sup>o</sup>	Resurrectionis	
5. <sup>o</sup>	Ascensionis	
6. <sup>o</sup>	Immaculatae Conceptionis	B. M. V.
7. <sup>o</sup>	Nativitatis	
8. <sup>o</sup>	Annuntiationis	
9. <sup>o</sup>	Purificationis	
10. <sup>o</sup>	Assumptionis	

item diebus festis.

- 11 S. Joseph Sponsi B. M. V. die undevigesima mensis Martii.
- 12 Patrocinii ejusdem, Dominica tertia pos Pascha.
- 13 Desponsationis B. M. V. die vigesima tertia mensis Januarii.

IV. Die festo titulari universae Consociationis.

V. Die per menses singulos sodalium arbitrio eligendo, dummodo mense ipso in Familiis praescriptas preces coram Sacrae Familiae imagine una simul recitaverint.

VI. Morituris si, non compotes sacra Confessione atque Eucharistia, animi dolore culpas expiaverint, et sanctum nomen Jesu aut voce, aut si loqui posse desierint, voluntate imploraverint.

#### PARTIALES

##### I

Sodales Consociationis Sacrae Familiae ex utroque sexu singuli, qui corde saltem contriti Parochialem Ecclesiam, in qua est sedes Consociationis constituta, vel aliquod templum sacrariumve celebraverint, Deoque pro rei christianaee incolumente supplicaverint, lucrari possint et valent partiales indulgentias septem annorum totidemque quadragenarum.

- 1.<sup>o</sup> Die Visitationis
- 2.<sup>o</sup> Die Praesentationis
- 3.<sup>o</sup> Die Patrocinii
- 4.<sup>o</sup> Quolibet die iidem sodales una simul in propriis Familiis adscriptis congregati, ante imaginem sacrae Familiae statas preces corde contrito recitaverint.
- 5.<sup>o</sup> Diebus, quibus sodales interfuerint conventibus, quos haberi contigerit.

II

Iidem sodales indulgentias lucentur trecentorum die-  
rum quoties corde contrito sequentem Orationem ante ima-  
ginem Sacrae Familiae quocumque idiomate recitaverint.

ORATIO QUOTIDIE RECITANDA ANTE IMAGINEM SACRÆ FAMILIÆ

«O amantissime Jesu, qui ineffabilibus tuis virtutibus  
et vitae domesticae exemplis Familiam a te electam in ter-  
ris consecrasti, clementer aspice nostram hanc domum,  
quae ad tuos pedes provoluta propitium te sibi deprecatur.  
Memento tuam esse hanc domum; quoniam tibi se pecu-  
liari cultu sacravit ac devovit. Ipsam benignus tuere, a  
periculis eripe; ipsi in necessitatibus occurre, et virtutem  
largire, qua in imitatione Familiae tuae sanctae jugiter  
perseveret; ut mortalis suae vitae tempore in Tui obsequio  
et amore fideliter inhaerens, valeat tandem aeternas tibi  
laudes persolvere in caelis.

O María, Mater dulcissima, tuum praesidium implora-  
mus, certi divinum tuum Unigenitum precibus tuis obse-  
culturum.

Tuque etiam, gloriosissime Patriarcha sancte Joseph,  
potenti tuo patricinio nobis succurre, et Mariae manibus  
vota nostra Jesu Christō porrígenda submitte.»

Si vero sodales, qui vel infirmitate, vel alia caussa im-  
pediti hanc Orationem recitare nequierint, eamdem indul-  
gentiam lucrari poterunt, si devote quinques recitaverint  
Orationem dominicam, et salutationem Angelicam cum  
*Gloria Patri.*

III

Ducentorum dierum indulgentiam sodales Consociationis consequantur semel in die, si jaculatorias preces quocumque idiomate effuderint ut infra:

«Gesu, Maria, Giuseppe illuminateci, soccorreterci, salvateci. Così sia.»

IV

Centum dierum indulgentiam lucrifaciant sodales, qui operam dederint, ut Christianae Familiae huic piae et universalis Consociationi sese adscribant.

V

Indulgentiam sexaginta dierum lucentur sodales, quoties hi: 1.<sup>o</sup> in Ecclesia Parochiali, in qua sedem habet Consociatio sacrosancto Missae sacrificio, aliisque divinis officiis devote adstiterint: 2.<sup>o</sup> vel quinque recitaverint Orationem dominicam et salutationem Angelicam pro sodalibus defunctis: 3.<sup>o</sup> vel familiarum dissidia composuerint, vel componenda curaverint: 4.<sup>o</sup> vel Familias a justitiae tramite devias, in viam salutis reducere studuerint: 5.<sup>o</sup> vel pueros sive puellas christianis praeceptis imbuere sategerint: 6.<sup>o</sup> vel aliud quocumque pium opus peregerint, quod in bonum Consociationis cedat.

Sodalibus, si maluerint, omnibus et singulis indulgentiis supra dictis sive plenariis, sive partialibus labes poenasque defunctorum expiare liceat.

## PRIVILEGIA

### PRO SODALIBUS UNIVERSIS

Missaे, quae pro sodalibus defunctis quocumque in altari celerabuntur, fisdem suffragentur ac si in altari privilegiato celebrarentur.

### PRO PAROCHIS

I. Privilegium altaris personalis tribus in qualibet hebdomada diebus: dummodo simili privilegio alia de caussa non perfruantur.

II. Facultas benedicendi extra Urbem Coronas, Rosaria, Cruces, Crucifixos, parvas statuas ac numismata, eisque applicandi omnes et singulas indulgentias, quas Summi Pontifices attribuere iisdem solent, ut describitur in apposito elenco; sed tantummodo exercenda pro sodalibus in Consociationem adscitis, die quo 1.<sup>o</sup> christiani piam ingrediuntur Consociationem: et 2.<sup>o</sup> sollemniter renovetur pactum Consociationis.

---

### FORMULA RECITANDA QUOCUMQUE IDIOMATE A CHRISTIANIS FAMILIIS

QUAE SE SACRAE FAMILIAE CONSECRANT

«O Jesu Redemptor noster amabilissime, qui e caelum missus ut mundum doctrina et exemplo illustrares, maiorem mortalis tuae vitae partem in humilis domo Nazarena traducere voluisti, Mariae et Josepho subditus, illamque Familiam consecrasti, quae cunctis christianis familiis futura erat exemplo; nostram hanc domum, quae Tibi se totam nunc devovet, benignus suscipe. Tu illam protege et

custodi, et sanctum tui timorem in ea confirma, una cum pace et concordia christiana charitatis: ut divino exemplari Familiae tuae similis fiat, omnesque ad unum quibus ea constat, beatitatis sempiternae sint compotes.

«O amantissima Iesu Christi Mater et mater nostra Maria, tua pietate et clementia fac ut consecrationem hanc nostram Iesus acceptam habeat, et sua nobis beneficia et benedictiones largiatur.

«O Ioseph, sanctissime Iesu et Mariae custos, in universis animae et corporis necessitatibus nobis tuis precibus succurre: ut tecum una et beata Virgine Maria aeternas divino Redemptori Iesu Christo laudes et gratias rependere possimus».

Atque haec omnia et singula, uti supra decreta sunt, ita firma, stabilia, rata in perpetuum esse volumus: non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xx. Iunii MDCCCXCII. Pontificatus Nostri Anno XV.

S. CARD. VANNUTELLI.

---

REVERENDISIME DOMINE UTI FRATER:

Quo ubique terrarum cultus ac devotio erga Sacram Familiam magis magisque foveatur, atque a propria indeole ac natura nunquam deflectat, Santissimus Dominus Noster LEO PAPA XIII universalem Consociationem appositis statutis per Sacram Rituum Congregationem nuper exaratis constituendam voluit, quam indulgentiarum quoque thesauro locupletare dignatus est. Haec omnia in Apostolicis Litteris in forma Brevis continentur, quae de mandato Sanctitatis Suae per praesentem epistolam ad *Amplitudinem Tuam* transmittuntur: quibus additur decretum

ipsius Sacrae Congregationis ab eadem Sanctitate Sua adprobatum, quo nonnulla hac super re declarantur.

Erit itaque *Amplitudinis Tuae* tam salutarem institutionem apud commissos Tibi Fideles omni studio excitare ac promovere; ita ut in unaquaque Parochiali tuae Dioeceseos Ecclesia sub respectivi Parochi regimine, ad trahitatem supradicti Apostolici Brevis, christionarum familiarum consociatio habeatur.

Hoc autem animadvertis *Amplitudo Tua* quod si aliae in tua Dioecesi eractae reperiantur Societates ejusdem nominis et instituti, illae amplius existere nequeunt; sed cum hac universali ita conjungi debent, ut unum evadant corpus cum ipsa. Praeterea quaecumque preces seu orationes, etsi indulgentiis ditatae, ibidem usurpantur, nova indigent hujus Sacrae Rituum Congregationis approbatione; secus in posterum licite adhiberi nequeunt.

Si vero in ista Dioecesi extent Religiosae Familiae sub hoc ipso titulo, *Amplitudo Tua* earum Superiores de praesentibus Apostolicae Sedis dispositionibus ac statutis certiores reddere satagat.

Quae dum pro mei muneric ratione *Amplitudine Tuae* communico, Eidem diuturnam ex animo felicitatem adprecor.

Aplitudines Tuae.—Romae die 2 Julii 1892.—*Uti Frater*, CAJETANUS, Card. ALOISI-MASELLA, *S. R. C. Praefectus.*

---

## DOCUMENTO INTERESANTE

---

Los Padres del Concilio Provincial Vallisoletano se ocuparon con gran detenimiento del *Indice español de libros prohibidos*, y acordaron exponer sus dudas á la Santa Sede. A continuación insertamos la respuesta obtenida, que ten-

drán muy presente todos los Sres. Párrocos y demás confessores:

ILLME. AC RME. DNE.

Antecessor Amplitudinis tuae, datis die 2 mensis Augusti anni 1887 ad Summum Pontificem litteris, tum proprio, cum suffraganeorum nomine, nonnulla dubia proponebat circa Indicem hispanum librorum prohibitorum ejusque regularem valorem. Praehabitis iis omnibus quaē ad haec dubia enodanda scitu utilia videbantur, Emmi. Dni. Cardinales una tecum Generales Inquisitores in Congregatione Generali feriae IV die 17 mensis currentis, Ssmo. Dno. Nostro adprobante, respondendum mandarunt:

«Standum unice Indici Romano librorum prohibitorum ejusque regulis, et prohibendas esse novas Indicis hispani editiones».

Haec dum Amplitudini tuae communico Deum adprecior ut Te diu sospitem servet.

Romae die 22 Augusti 1892.—Amplitudinis tuae addic-tissimus in Dno., *R. Card. Monaco.*

Rmo. Dno. Archiepiscopo Vallisoletano.

---

## COLLATIO MORALIS PRO MENSE SEPTEMBRIS

---

### QUÆSTIO DOCTRINALIS

¿Utrum objectum fidei sit veritas primo; et an fidei possit subesse falsum? D. Th. 2-2.<sup>o</sup> q. I. aa 1 et 3.

### CASUS CONSTIENTIÆ

Petrus juvenis impuber, et Rodulphus qui, expletis jam studiis, in militiam Christi ingredi volebat, cum deambu-

larent sub vespere cujusdam diei vacationum, Michaelem parochum ad se venientem viderunt, qui de vita et moribus Rodulphi non bene informaverat Episcopum, qua de causa eum ad Sacros Ordines admittere minime audebat. Ira et indignatione incensi fratres, primo verbis, postea vero graviter Michaelem percosserunt.

Quaert. 1.<sup>um</sup> ¿Quid est censura, ejus subjectum et conditiones ad eam incurrendam?

2.<sup>um</sup> Utrum Petrus et Rodulphus censuram incurrerent in casu?

---

## NOMBRAMIENTO

---

Nuestro Exmo. é Ilmo. Prelado, á quien por turno correspondia la provisión en virtud del Concordato, ha tenido á bien nombrar Canónigo de la Santa Basílica Catedral en la vacante producida por fallecimiento de D. José Benet, al Sr. D. Juan Antonio Gordillo, cura propio de Cubo de don Sancho. En el decreto-nombramiento, después de decir S. E. I. que quisiera disponer de más puestos de honor para otorgar el premio merecido á muchos dignísimos Párrocos, expresa su deseo de que éstos vean en la distinción otorgada al anciano Sr. Gordillo una manifestación del amor que á todos ellos profesa.

---

## Ejercicios espirituales practicados por los Reverendos Sacerdotes de la Diócesis.—Segunda tanda (16 al 25 de Agosto).

### Clero Catedral

M. I. Sr. D. Juan Antonio Vicente Bajo, Dignidad de Chantre.

» Pedro García Repila, Maestrescuelas.

M. I. Sr. D. Ramón Barberá, Provisor y Canónigo.

» » Alejandro de la Torre Vélez, Lectoral.

» » Francisco Jarrín Moro, Magistral.

» » Miguel Ochoa, Canónigo.

Sr. D. Formedio Llanos, Beneficiado.

» » Cipriano Alonso, id.

» » Plácido Corvo, id.

### Clero parroquial

D. Manuel Antonio Rodríguez, Párroco de San Martín de Salamanca.

» Juan Antonio Albarrán, Párroco de Sancti-Spiritus, id.

» Francisco Abarca, Arcipreste Párroco de Rollán.

» Esteban Miguel de Castro, id. Párroco de Matilla.

» Luis García Avila, id. id. de Galinduste.

» Juan Manuel Crego, Párroco de Villoria.

» Isaac Pérez, id. de Mogarraz.

» Gabriel Romero, id. de Gajates.

» Pablo Sánchez, id. Calvarrasa de Arriba.

» Agustín Hernández, id. Tavera de Abajo.

» Fernando Delgado Miranda, id. de Buenamadre.

» Antonio González, id. de Peralejos de Abajo.

» Gregorio Méndez, id. de Valero.

» Antonio López Gómez, id. de Cereceda.

» Miguel Gómez Horcacho, id. de Torresmenudas.

» Angel Rodriguez, id. de Cabezabellosa.

» José Barbero, id. de Malpartida.

» Filomeno González, id. de Monleón.

» Manuel Pérez Carrasco, id. de Sando.

» Agustín Carbayo, id. de Villoruela.

» Luís Vallesa, id. de Carrascal del Obispo.

» Pedro Nieto, id. de Anaya de Alba.

» Diego Martín, id. de Cilleros el Hondo.

- D. Francisco del Canto, id. de Frades.  
» Gaspar Fernández, id. de Carbajosa de Armuña.  
» Crispín Candelas, id. de Florida de Liébana.  
» Benito Borrego, id. de La Sierpe.  
» Antonio Esteban Fonseca, id. de Pelarrodríguez.  
» Manuel Gabriel Santos, id. de Nava de Francia.  
» Eduardo José Alvarez, id. de Tordillos.  
» Domingo Paniagua, id. Villamayor.  
» Santiago Santero, id. Galisancho.  
» Francisco Zurdo, id. Doñinos de Salamanca.  
» Nicolás Cañedo, id. Vecinos.  
» Manuel de la Cruz, id. Terradillos.  
» Mariano Hernández Ratero, id. Terrones.  
» Nicolás Alvarez, id. Canillas de Abajo.  
» Ignacio Camblor, id. Moraleja de Huebra.  
» Manuel Sánchez Elices, id. de Encinas de Abajo.  
» José Bravo, id. de Avililla.  
» Tomás García López, id. de Santa Marta.  
» José Collantes, id. de Pizarral.  
» Celestino Alonso, id. de Sanchón de la Rivera.  
» Vicente Borrego, id. de Beleña.  
» Gregorio Santos, id. de Escuernavacas.  
» Alejandro Montes, id. de Villaseco de los Gamitos.  
» Teodoro Rodríguez, id. de Tala.  
» Narciso Pascual Toribio, id. de Santa María de Sando.  
» Castor Delgado, id. San Cristóbal de la Cuesta.  
» Juan Vicente Sancho, id. de Villanueva de los Pavones.  
» Serafín Serrano, id. de Campillo de Salvatierra.  
» Ignacio Sayagués, id. de Salvatierra.  
» Claudio Boiza, id. de Palencia de Negrilla.  
» Joaquín García Tapia, id. de Campo de Ledesma.  
» Vicente Bogaz, id. de Guadramiro.  
» Juan Alonso Casanueva, id. de Juzbado.

- D. Adrian Santos, id. de Escurial.  
» Julian Herrero, id. de Larrodrigo.  
» Jerónimo B. Rodríguez, id. de Poveda de las Cintas.  
» Juan Bautista Blázquez, Teniente párroco de Aldeadávila.  
» Vicente Mangas, Ecónomo de Montejo.  
» Juan Antonio Hernández, id. de Madroñal.  
» Francisco Martín, id. de Las Uces.  
» Angel Franco, id. de Pinedas.  
» José González, id. de Tremedal.  
» Francisco Hernández Montes, id. de Cipérez.  
» Elías Martín, id. de Añover de Tormes.  
» Marcelino Martín Dorado, id. de Villaverde.  
» Nicolás Sánchez Rollán, id. de Villanueva del Conde.  
» Nicolás Argibay, id. de Garcihernández.  
» Felipe Hernández, id. de Berrocal de Huebra.  
» Bernardino Carreño, id. de Villar de Peralonso.  
» Pedro Senén, id. de Moriscos.  
» Polidoro González, id. de Mozárbez.  
» Basilio Fuentes, id. de Encina de San Silvestre.  
» Valentín González, id. de Galindo.  
» Melquiades Rodriguez, id. de San Muñoz.  
» Carlos Salinero, id. de Zarapicos.  
» Antonio Camino, id. de Pedrosillo de los Aires.  
» José Manuel Rodríguez, id. de Brincones.  
» Ramiro Serradilla, id. de Gejo de los Reyes.  
» Andrés Prieto, id. de Quejigal.  
» Fabriciano Martín, coadjutor de Alba de Tormes.  
» Federico Moro, id. de Macotera.  
» Eugenio Gallego Riesco, id. de Ledesma.  
» Luis Velasco, id. de Peñaranda.  
» Evaristo Martín, Capellán de las Franciscas.  
» Francisco Polo, id. del Corpus.

- D. Miguel Girón, Capellán de las Claras.  
» Valentín Martín Canillas, id. de las Adoratrices.  
» Manuel Tapia Ullán, id. del Hospital.  
» Pedro Charro, id. de la Universidad.  
» Fernando Rubia, id. del Hospital de Alba de Tormes.  
» Francisco Soria, id. de Gallegos de Huebra.  
» Francisco Gil Rivas, id. de Rodasviejas.  
» Urbano Martín, id. de las Benedictinas de Alba.  
» Rodrigo Lainez, id. del Hospital de Santiago de la Puebla.  
» Saturnino Marcos, becario de la diócesis de Zamora.  
» Manuel Delgado Benítez, Presbítero.  
» José Hernández, id.  
» Severino Fernández, Mayordomo de S. E. I. (Los hizo en la primera y se omitió su nombre por un olvido en la lista correspondiente.)  
» Tomás Redondo Díez, Vicesecretario de Cámara.

---

## EXEQUIAS

---

Solemnísimas serán las que se celebren el día 16 del corriente en el templo de San Esteban de esta ciudad por el alma del insigne Colón; y felicitamos á cuantas personas se han ocupado de este proyecto, porque han sabido interpretar perfectamente los deseos de Su Santidad en orden al carácter que debe darse á las fiestas del cuarto centenario del descubrimiento de América. Empresa eminentemente católica la del inmortal navegante, la Iglesia se apresura á solemnizar su recuerdo, y Salamanca acudirá al templo de los Dominicos, el que más títulos ostenta para esta solemnidad, para rogar por el alma del gran

Colón y por las de aquellos sabios religiosos que tanto favorecieron sus planes. El Santo Padre ha autorizado al Superior de la Comunidad, para que este acto religioso se realice en dia no hábil por las SS. Rúbricas, y nuestro ex-ceilentísimo Prelado concede cuarenta días de indulgencia á cuantos fieles asistan al mismo.

---

## AVISO

---

Los señores socios que deseen concurrir al Congreso Católico de Sevilla utilizando la rebaja del 50 por 100 en el precio de los billetes de ferrocarril, lo manifestarán cuanto antes á esta Secretaría para que ésta lo haga saber á la junta organizadora del mismo Congreso antes del dia 12 del corriente.

---

## HERMANDAD DE SUFRAGIOS MUTUOS DEL CLERO

---

Ha ingresado el primero de los corrientes el Presbítero D. José María de la Rosa, Ecónomo de Topas.